



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 77. Occasio epistolæ Arnaldinæ ad quemdam Ducem & Franciæ Parem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. secutus est unicam Regulam, scilicet
A. C. 1655. S. Scripturam juxta internum spiritum
 privati testimonium intellectam; non enim Peirero fortius jus habent Heterodoxi ad Scripturam ita interpretandam. Ceterum hic novi commentator haud multos numerabat Sectatores imo ipsemet, postquam anno sequenti Bruxellis captus, inque carcerem detrusus fuerat, librum suum execratus coram Alexandro VII. Papa anno Christi millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo sua commenta ejuravit, hancque Phanaticum Theologorum non parum ac præcipue Natalis, Micrælius, Danversus, Maresius, alique impugnatus.

§. LXXVII

Occasio epistolæ Arnaldinæ ad quendam Ducem & Franciæ Parentem.

*Dupin Hist.
 d' Eccl. t. 4.
 §. 10.
 Vid. supra
 §. 25.*

Quantumvis Cleri Gallicani sententia contra Jansenistarum interpretationes a Pontifice confirmata in universo Regno summa cum veneratione fuisse recepta, non deerant tamen, qui contra Jansenii librum ac doctrinam tuerentur. hos inter præcipuus erat Antonius Arnaldus Sorbonæ Doctor, qui quidem per integrum biennium post editam Innocentii X. Constitutionem obsequio

sum silentium præferebat, hoc autem anno luculentius, quæ hanc in rem animo excoquerat, calamo suo prodidit, occasione inde arrepta; cum enim Liencurtius Dux ad verni jejunii initium Picottee Sacerdoti ad Sanctum Sulpitium sua deponeret peccata, hic eidem absolutionis gratiam denegabat, sub obtentu, quod Dux nulla sinceræ erga Pontificis Bullam submissionis signa ederet, & cum Janseniani libri fautoribus, quos hic Confessarius Constitutioni Pontificiæ minus submissos reputabat, familiare commercium habere continuaret, nec Burzaium Abbatem, qui Jansenii librum calamo suo propugnabat, ex ædibus suis, nec insuper Neptin suam ex Abbatia Portus Regii removeret. De hac Confessarii asperitate vehementer querebatur Ducis uxor apud Ollierum Parochum, qui tamen approbata Confessarii agendi ratione Ducissæ denuntiabat, quod si ejus Maritus Ecclesiam Parochialem pro sacra Synaxi accessurus esset, ab ea sine dubio arcendus foret: Hujus repulsæ rumor mox totam pervaserat urbem Parisinam, & non pauci, cum hanc agendi rationem in hoc Confessario reprehenderent, desuper Arnaldi sententiam exquisierunt: Hic ergo ea, qua præditus erat, ingenii promptissimi acie,

Sæc. XVII.
A. C. 1655.

Sæc. XVII. mentisque calore, mox die vigesima
A. C. 1655. quarta Februarii hoc anno epistola
 typis edidit, in qua hunc Confessarium
 imprudentiæ, temeritatisque arguens
 suam suorumque Amicorum innocen-
 tiam vindicare nitebatur, palam pro-
 fessus, quod ipse & alii omnes ab omni
 errore alieni quinque propositiones
 Papa damnatas, in quocunque demum
 libro reperirentur, sincero animo & ab-
 que ulla restrictione rejicerent, nec
 vis cujusdam privati Authoris opinio-
 nibus circa gratiam, sed duntaxat de
 doctrinæ D. Augustini insisterent. Eius-
 vero hæc epistola nomen Arnaldi non
 præseferbat, nemini tamen dubium
 erat, eam ex ipsius calamo profluxisse
 doctrinæ stylique æqualitate Authorem
 prodente, simulque scribendi prurigen-
 nem acuate illorum, qui contradicentem
 libidine, propriique commodi ac ultio-
 nis studio potius, quam veritatis
 Apostolici obsequii amore impulli, ma-
 jorem subjectionem, quam ipsamet Ec-
 clesia, deposcerent: Ex horum igitur
 officina prodire quamplurimi libelli
 in quibus hujus Confessarii severitas
 agendique ratio vindicata. Arnaldus
 vero præcipue ab Annato & Ferriero
 Jesuitis provocatus est, ut circa Pæ-
 nificis Constitutionem suam mentem
 declararet, palamque profiteretur, quod
 jura

juxta Episcoporum judicium quinque Sæc. XVII.
 propositiones in sensu Jansenii, & ut A. C. 1655.
 in ejus libris contentas damnet: Ad
 hæc scripta Arnaldus mox respondit,
 atque apposito suo nomine prolixiorem
 edidit epistolam sub hoc titulo: *Arnaldi*
Doctoris Sorbonici ad quemdam Ducem &
Franciæ Patrem epistola secunda, qua plu-
ribus respondetur scriptis contra primam
ejus epistolam evulgatis circa ea, quæ cui-
dam Aulico in Parisina quadam Parochia
contigerunt, data ex Portu Regio in Cam-
pis die decima Julii anno 1655.

§. LXXVIII.

Censura Facultatis Theologicæ Pari-
siensis lata in secundam Ar-
naldi epistolam.

Cum autem Theologorum non pauci Hist. des
 in secunda hac Arnaldi epistola Jan- cing propof.
 senii librum a Papa & Franciæ Episco- l. 2. p. 89.
 pis proscriptum palam defendi crede-
 rent, eandem die quarta Novembris a-
 pud Dionysium Guyart Facultatis Syn-
 dicum, quem Jansenianæ doctrinæ ho-
 stem, & Corneti olim Syndici necnon
 Jesuitarum mancipium fuisse dicunt,
 denuntiarunt. Hic ergo die quarta
 Mensis Novembris hoc anno in comitiis
 sacræ Facultatis Theologicæ retulit,
 „hac in epistola a viris doctis & piis